




**Ferrandi Diaconi Ecclesiae Carthaginensis ad Reginum
Comitem Paraeneticus, qualis esse debeat Dux religiosus in
actibus militaribus.**

<https://hdl.handle.net/1874/452974>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)


More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


B. Oct.

267











Miscellanea Litteraria

Octavo n°. 267


B. oct.
267





PERA


17



FERRAN

DI DIACONI ECCLESIAE

Carthaginensis ad Reginum Comitem Paræneticus, qualis eſe debeat Dux religiosus in actibus militaribus.



IOANNIS ALEXANDRI

Braßicani lureconsulti
tetragraphon.

Certa Euangelij sese componere amusſi
Quis neget officium Principis esse boni?
Ergo isthac Christo scripta undiq; plena dynastes
Quisque legat, solido deditus archetypo.

ILLVSTRIS:

SIMO AC POTENTISSIMO

Hispanie Principi, Austriæ archidu-
nastæ, Domino Ferdinando, Dux

Caroli Cæsaris Germano,

Vuernerus Tamias

Leontorius

S. D.



Vemadmodū, ut
Diocletianū Cæ-
sarem dixisse fe-
runt, Illustriſ.
Princeps, nihil
difficilius, quā
bene imperare,
ita neminē eſſe
reor quem oport-
eat uel meliora
scire uel maiori
præditū eſſe ſa-
pientia quam Principem καὶ ποιμένα λαῶν, quod
is multorum maximo aut commodo sapiat, aut diſpen-
dio desipiat. Atqui sapientiam dico non ſeculi huius
imaginariam, & quemadmodum Apostolus eam uocat,

A 2 anima-

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM

animalem & Dæmoniacam, sed quæ Principis animum
à stultis & impijs uersatilis illius Prothei, hoc est, carnis
adfectibus, infractum ac numeris omnibus absolutissimum
reddens, ad Dei Opt. Max. (cuius in terris uicem gerit)
exemplar & gloriam regnare docet honeste, & libere.
Ad hanc sapientiam unicus ille uerae sapientiae informa-
tor Christi spiritus Principes identidem in scripturis san-
ctis inuitat, nempe Sapientiae sexto inquit: Qui delecta-
mini sedibus & sceptris o Reges populi, diligite sapien-
tiam, ut in perpetuum regnetis. Et quo uehementius inui-
tet, demum reperit: Diligite lumen sapientiae omnes qui
præestis populis. Per me enī (deseipsa alibi loquitur sapi-
entia) Reges imperant, & potentes decernunt iustitiam:
meum est consilium, mea æquitas, mea prudentia, mea for-
titudo &c. Hypocrisin, adulterum, exoticum atq; adeo
è Diaboli regno esse commonstrans quicquid ipsius non
geratur auspicijs. Quod agnoscens amabilis Domino ac
Regum facile omnium sapientiss. Solomon, quo Dei po-
pulum sibi creditum uere feliciterq; disponere, ac pater-
narum sedium dignus haberi posset, hac (ceu maximis do-
tibus ac ornamentis immortalibus) coram omnibus uel
unice prodire, & elucescere uoluit, atq; adeo contemptis
omnibus, quibus mundus præstigiosus & carnis ratio im-
pensius delitiari, maximamq; in his felicitatis suæ partem
collocare solet, utpote imperijs, diutijs, titulis, laureolis,
coronis, eloquijs, trophæis, prædijs, manubijs, triumphis,
maiorum imaginibus, statuis, picturis &c. quæ omnia ut
falsa

falsa ac momentanea sunt, posita non tam in nostris consilijs, quam fortune temeritate, ita neminem reddunt uel feliciorem uel sapientiorem. Certe his olim mundi laruis, & cupiditatibus falsis non admodum pauci ueterum potenter regū & procerum delusi, misera et deplorata saepissimam calamitatem medijs in delitijs, atq; adeo in dimidio dierum suorum periclitati sunt, perieruntque, et regni & gentis non solum grauem in perniciem, sed prorsus omnium πανω=λεθεία. Quod nimirum non imprudenter animaduertens Plutarchus in libro quem scribit περὶ ὀτιμάτων δαι τὸν φιλόσοφον τοῖς ἡγεμόσι διαλέχεσθαι de multis optime mereri existimet eos, qui principis antimūm ab innumeris rerum contemptibilium erroribus eximentes, salubribus insuper atque sacrī instituerint rationib; Ex eorum numero est, ut uetus late uetusque. ita Euangelica uenustate nemini non præferendus noster ille Ferrandus, Ecclesiae Carthaginensis Diaconus, Fulgentius Rusvensis in Africa Episcopi (sub Anastasio imperatore & Trasimundo Vuandalorum rege, Arrianæ heresios fautoribus, Anno Quingentesimo) synchronos siue contemporaneus, quemadmodum in operis frontispicco uideatur licet Hunc mihi olim, ut exuto senio mutuus eret, ac recetaretur ex sua famosis bibliotheca tradidit, Reuerendus in Christo (sanctæ memoriae) pater & dominus Ioannes, dexterimi, ac iuxta ferè nullo non seculo extra multorum aleam, religione, liberalitate, moribus ac ingenij omnium studiorum genere candidatis præcellentiss. Colle-

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM

gij Hirsaugiensis Abbas, dominus & Mecœnas meus, uir
dū uixit præter miram quandā uitæ sancti moniæ & inte-
gritatem, erga bonos, ut Plautine loquar, hoc est, lite-
ratos omnes propensus. mansuetus in suos, comis in o-
mnes, mitis, benignus, affabilis. Ad hæctam nō vulgaris
existimationis tam apud suos quam apud exterros, ut quic-
quid ille uel in Comitijs uel conuenticulis gesserit dixerit
q; instar Apollinis Pythij oraculi haberetur.

Macte uero uirtute, quam non de se præbet, tum miræ
integritatis, tū eximiae totius uitæ innocentie expectatio-
nem, nuper in locum ascitus Abbas & dominus Ioannes,
ex ueteri proba ac fermè semper principum in aulis con-
sultiß. familia oriundus, alter patronus mihi nunquam si-
ne honoris præfatione nominandus, ut nesciam uer in
me fuerit uel propensior uel benevolentior, in benefacto-
res uero suos mitior facilior, commodior? Porrò is sic
Hirsaugiae sue statim ab initio præesse cœpit, ut spes sit
(modo obsecundet Christus) quin suis ingens sit tum dea-
cus tum præsidium allaturus. Verum hæc προσέργε-
γως & bona omnium pace dicta, uelim. Ad Ferrandum
redeo, hakes hic Illustriß. Princeps, Christiani & Euan-
gelici principis absolutiss exemplar, mira sub breuitate,
Ferrandi paræneticon, sanè nullis uerborum phaleris,
aut pigmentatis rhetoricon lœnocinijs subornatum, nul-
lis Scotini tenebris, aut Chrysippi labefactatum argutijs,
sed nudum, constans, uerum, ex ueris solidior s; q; sapietæ
riuulis de promptum, deriuatum q; huc te confer, in hoc te
contemplare,

contemplare hic enim disces , quid deceat principem,
 quid de honestet , quid imitandum , quid fugiendum κατά
 περ ἐπ κατόπτρῳ, ὃς περ ἐργαφῇ internoscere
 potes. Hunc tibi ut perpetuum erga te meae obseruatiæ pi-
 gnus ἀμνημόσυνον nuncupatim dedicare & peculiari-
 ter ascribere uolui. Quanquā uero non ignorem hanc tuæ
 naturæ genuinā bonitatem, siue ut alij uocant, ingenij tui
 dotes, quas ex clementiss. (feliciss. record.) Cæsaris Maxi-
 miliani aui tui, et patris tui Philippi Hispaniarum regis
 Catholici, animi sublimitate ac mæsuetudine, hoc est, nihil
 ignobile, nihil fucatum, nihil impium, nihil insolens, contra
 xeris, nullis uiuendi formulis opus habere, tamen eo ma-
 turius tibi dedicauī, ut cum huiuscmodi inspiceres, uti-
 nam nunquam non inspiceres, non facile in præcipitum
 ferreris. Quod igitur reliquum est optime princeps,
 tu modis omnibus enitere, quo te indies magis ac magis
 parem reddas ueri p̄cipis archetypo, parem maiorum
 tuorum imaginibus, parem uotis tuo subiectorum impe-
 rio, parem denique multorum de te expectationi, nec quo
 te popularis aberrans existimatio, non quo fallax istud a-
 dulatorum έύγε trahit. Sed quo te CHRISTVS,
 qui est uia, ueritas et uita, uocat, immo quo se Fer-
 randus noster χριστογόνος dicit sequere. Ut
 per septem illas quas auitor inscripsit Innocentiae re-
 gulas, hoc est, septenario spiritus sancti imbutus charisma-
 te, princeps et dici et esse possis iustitiae, ueritatis, et pacis,

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM

Sanctus, innocens, sublimis, ac deo proximus. Idem imperiat tibi spiritum uere sapientiae & reuelationis per agnitione sui, atq; illuminatos oculos mentis tue, ut scias q; sit spes, qui scopus ad quem ille te uocauit, & cur te populi principem constituerit, nempe illius in terris exercere iustitiam, facere felices, fortunatos et columos: miseros uero, calamitosos, exhaustos, afflictos, debiles quam minime, ut sic rebus omnib. bene feliciterq; in terra gestis, seruus tandem & tui & tuorum magno cum fore nore ad cælum redeas, ubi beati eterno euo fruuntur, frueris et ipse.

Hirsaugiae, Anno resti tutæ salutis. M.D.XXVI.

Calendis Maijs.

Ferran-



FERRANDI

DIACONI ECCLESIAE CARTHAGINENSIS,

ad Reginum comitem Paræneticus, qualis
eſſe debeat dux religiosus in
actibus militaribus.



Ocialis uitæ labo
ribus exercēdus,
mox ignorantia
pueritiae, ut ratio
nalis homo carue
rit, aut Deo inci
pit. Illustris Dux
Regine, aut secu
lo militare. Ne
mo ait militans 2. Tim. 2.
Deo implicat se

negotijs sæcularibus. Ostendens eſſe milites Dei, sicut ſunt
etiam milites sæculi. Duplex ergo militia, duo genera mili
tum signat. Alios militia corporalis laborare cū mundo,

A 5 secundum

FERRANDI DIA CONI AD

secundum uoluntatem terreni Regis astringit. Alios militia spiritualis ad cælestia castra , per gratuitam gratiam, cælestis imperatoris adducit. Milites sæculi passionibus et desiderijs uarijs tenentur obnoxij, milites Dei carnem suam crucifixerunt cum uitij & concupiscentijs . Illi dapi-

Gal. 5. bus nutriuntur, isti uirtutibus. Illi rapere aliena conatur, isti etiam propria uel perdere, uel misericorditer erogare. Illi querunt unde falsis laudibus extollatur, isti querunt unde sempiternis præmiis honorentur. Illi tribuit imaginē lætitiae uanitas, istis uera confert gaudia ueritas. illi suis utilitatibus consulunt, isti communibus. Illi perituram patriam perituri saluare festinant, isti nunquam perituram ne in æternum pereat, possidere desiderant. Illi siue la
bor est et mori supplicium, istis siue Christus est, et mo

Philip. 1. ri lucrum. Illi præliantur contrà inuisibiles, isti contra uisibles inimicos. Illos auaritia crudeles, istos misericordia benignos. Illos inuidia contentiosos, istos facit mansuetudo pacificos. Illi per superbiam pro suis honoribus litigant, isti per humilitatem alter alterū existimati superiorē sibi. Per illos Babylonia regitur, pistos et ī istis à domino Hierusalem cælestis administratur. Et plerumq; contigit ut corporibus adunati, quamvis mentibus separati, simul milites Dei & milites sæculi prosperitates & aduersitates sentiant temporales. Sed milites sæculi prosperitas extollit, aduersitas deicit: milites autem Dei siue in pro-

2. Cor. 1. speritate siue in aduersitate immobiles perseverant. Quia gloria eorum testimonium est conscientia. Vbi requiescunt quando

quando tribulationes patitur mundus? Vbi timent hostem
 continētiae perpeti? Quando suppetit abundātia uolupta-
 tū? De radice temporalis felicitatis germinā spine cupi-
 diatis. Milites Dei libenter audiunt beatū iōan. cōmilito-
 nibus proprijs, tuba fortiore clamantem. Nolite diligere
 mūdū, neq; ea quæ in mūdo sunt, si quis diligit nō ē cha-
 ritas patris in eo. Quoniam omne quod in mūdo est, concu-
 piscēta carnis est, et concupiscentia oculorū, & abitio sē-
 culti, quæ nō est ex patre, sed ex mūdo ē, et mūdus trāsit
 et cōcupiscēta eius, q; autē facit uolūtati ē Dei, manet in
 ternū. Quibus audiētibus aīq; obedientibus huic saluber-
 rimæ admonitioni, quoties occulta dispensatio piissimi Re-
 demptoris potestatem iudicandi ac disponendi terrenam
 Rēpubl. tribuit, tunc ex parte militia sēculi, non est gra-
 uioribus referta peccatis, tūc facile corripiuntur inquieti,
 consolantur pusillanimes, suscipiuntur infirmi, licētia sce-
 lerum demitur improbis, & bene agendi sortitur innocen-
 tia libertatem. Rogemus ergo precibus assiduis eum qui
 disponit orbem terræ in æquitate, faciens uniuersa se-
 cundum consilium uoluntatis suæ. Quoniam de ipso Psal-
 mista ueraciter cantat: Omnia quæcunq; uoluit fecit in
 cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, ut mili-
 tes suos sub habitu militie sēcularis latentes, promouere
 dignetur ad maximas dignitates, regens eos intus. & re-
 gendis alijs scientiam tribuens. Sicut tibi quoq; Dux illu-
 stris Regine, iam donaſſe cognoscitur. Et ideo laudabili
 solicitudine interrogasti uenerabilis memorie Fulgenti-
 um ponti-

1. Iōan. 2.

Psal. 134.

FERRANDI DIACONI AD

um pontificem Russensis ecclesie, qualis tibi militaribus
actibus occupato Regula esset spiritualis propositi retinen-
da. Sapienter profecto responsum sapientiae, à sapiente
quesieras. Nec interroganti, nec interrogato sancta pru-
dentia desuit. Et tu quod ille docere poterat iam gerebas,
et ille hoc docere poterat, quod tu gerebas. Mores tuos tu
in sermonibus eius agnosceres, sermones suos ille ex tuis
moribus approbaret. Modo autē quia semipleni libelli im-
perfecta dictatio, nihil huic tuae interrogationi cognosci
tur respondisse. Principia enim gloriose operis primam
quæstionem literarum tuarum diutius uentilant. Vtrum
Caro CHRISTI corruptibilis an incorruptibilis fuit. Vn-
de adhuc disputans ille Doctor egregius, anteq; fideliter,
(ratione fidei redditus) de actibus militaribus cum pietate
tractandis inciperet loqui, transiuit ad æterne beatitu-
dinis immortalia gaudia, uerbum Dei, quod in corde et
ore semper habuit, facie ad faciem contemplaturus. Im-
portabilem sarcinam super humeros debiles ponis, ut me
iubeas tanti uiri quasi hæreditarium debitum soluere. Nū
quid ego sic repletus sum sapientia sicut ille? nunquid ea-
dem mihi facultas eloquij? nunquid similis data est auto-
ritas dignitatis? aut uel ipsa saltem piæ conuersationis in-
nocentia talis est mihi? Quem præteritis ac præsentibus
excessibus implicatum, mentis pariter et corporis graz-
uat infirmitas. Quid igitur faciam? uolo satissimacere desi-
derio tuo, nec ualeo. Maxime quando cogitans et retrahens
meritainiquitatum mearum Superbie proximū iuu-
dico,

dico, ducere alios p*ro* iustitiae semitas, p*ro* quas ipse n*on* abulo,
V&e m*er*hi misero, donec misereatur altissimus. Ecce ego mi-
lit*ia* ecclesiasticae uiculo alligatus, curis secularibus dissi-
por. Et quomodo in seculo militati, milit*ia* spiritualis aude-
am leges ostendere? plorandum ne mihi est an loquendu*s*? vi-
ta alterius erudit*ea* uidetur, an mea potius corrigenda.

Virtus prima est, BENE VIVERE. Secunda, RECTE
DOCERE. Frustra autem recte docet, qui bene non uiuit.
Ego ergo nec dum bene uiuens, quomodo recte doceam?
Veruntamen quia non homo docet hominem, sed Deus
doctor est omnium, nec humana mandata, sed diuina que-
ris audire. Præteriens qualis ego sum, cognosce qualis e*ss*e
debeas, immo potius qualem te e*ss*e nobis congaudentibus
gaudeas. Gratia Dei adiutorium tibi necessariu*m* per actus 1. Cor. 15.
singulos crede, dicens cum Apostolo: Gratia Dei sum id
quod sum. Vita tua speculum tibi sit, ubi milites uideant
quid agere debeant. N*on* præ*esse* appetas sed prode*esse*. Di-
lige Rempubl. sicut teipsu*m*. Humanis diuina præpone. No-
lie*ss* multum iustus. Memento te e*ss* Christianum. Vide-
tur enim mihi per has septem Regulas Innocentie in acti-
bus militaribus posse homines spiritales Deo placere, nul-
lumq*ue* dispendium pati morum bonorum, sed proficere
potius ad incrementa maiora iustitiae. Si uis ergo perfec-
tus esse miles Dei, inter milites seculi, tene firmiter, quod
diximus breuiter. Si enim gratiam confitearis, requiescat
supente spiritus timoris Domini. Si uita tua speculum sit
ubi milites uiderint quid agere debeant, requiescat super
te spiritus

FERRANDI DI ACONIAD

te spiritus pietatis. Si non præesse appetas sed prodeſſe,
requiescet super te ſpiritus ſcientiæ. ille enim ſcit præſſe,
qui uult prodeſſe. Si diligas Rem publicam ſicut teipſum,
requiescet super te ſpiritū fortitudinis. Si humanis diui-
na preponis, requiescet super te ſpiritus conſilij. Si liben-
ter audias: noli eſſe multum iustus, requiescet super te ſpi-
ritus intellectus. Si memineris te eſſe CHRISTIANVM,
requiescet super te ſpiritus ſapientiæ. Et per ſepuformis
ſpiritus abundantiam misericors Deus, ſicut ueraciſſime
amici ſui fideliffimo Iob dixerunt: In ſex tribulationibus
Iob 5. liberabit te, & in septima non tanget te malum. In fame
eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A fligello
lingue abſconderis, & non timebis calamitatem, cum
uenerit. In uacuitate & fame ridebis, & bestias terræ non
formidabis, ſed cum lapidibus regionum paclum tuum,
et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et ſcieſ quod pacem
habeat tabernaculum tuum, et uifitans ſpeciem tuam non
peccabis. Neceſſarium plane eſt partitionis ordine cufto-
dito, ſingulatim de his ſeptem quaſi generibus diſputan-
tem, beneuolus & intentus aduertas. Illud principaliter
ſciens: Neminem ſine gratia D E I recte intelligere,
nemine niuſte uiuere, D E V. ſenim dat intellectum,
Dominus quem uoluerit religiosum facit. Nihil boni ha-
bemus ex nobis. Omne datum optimum, & omne do-
Jacob. 1. num perfectum. Iacobo Apoſtolo teſtante: deſurſum eſt
deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt trans-
mutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio.

REGINVM PARAENETICVS.
PRIMA INNOCENTIAE
REGVLA.

Prima proinde est regula Innocentie, quam tenere in
per actus debeas militares, ut nihil viribus tuis super
bus assignes, sed omnia quæ sapienter, aut fortiter,
aut feliciter geris, ad laudem feras potentissimi Creato
ris. Memor semper quod populo Israëluco ingrediens
terram repromotionis, Moses loquatur, humilitatis san
ctæ uolens omnes habere uirtutes. Dicit enim: ne dic as in Deute. 8.
corde tuo, uirius mea, & potentia mea, fecit mihi uirtu
tem hanc magnam. Et memor eris domini Dei tui, quia
ille tibi datur potentiam ad faciendam uirtutem. Sicut ple
nius etiam propheta Hieremias admonet. Non glorietur
sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitu
dine sua, et non gloriatur diuines in divinitatibus suis, sed in hoc glo
rietur, qui gloriatur, intelligere et scire, quoniam ego sum
Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium super terram.
Frequenter igitur si fieri potest, et indefinenter uoce cordis
et corporis exclamabis: Domine fortitudo mea, et adiutor Hiere. 16.
rium meum in die malorum. Et iterum: Sana me domine et sana Hiere. 17.
saluum me fac, et saluus ero, quia gloria mea tu es. Ita enī di
cedo sanctus Paulus doctrinā seq̄ uideberis, dicētis: q̄ glo 1. Corin. 2.
riatur in domino gloriatur. Et iūc sup te prophetica sen 2. Cor. 20.
tēta cōplebitur. Benedictus homo q̄ cōfidit ī domino et e. Hiere. 17.
rit dominus spes eius, eruq; sicut lignū fructiferū, secus a
q; et ad humorē mutet radices suas, nō timebit cū uenerit
estus,

FERRANDI DIACONI AD

estus, et erūt in eo frutices nemorosi, et in anno siccitatis non timebit, & non deficit à faciendo fructum. Deficit

Esaie 41. si obliuiscātur illius. De quo fidelis Esai. fidelibus enarrat: Deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terrae, non deficit, neq; laborabit, neq; est inuestigatio sapientiae eius, qui dat laesso uirtutem, & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabūt, & iuuenes in infirmitate cadent, qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut aquila, current, & non laborabunt. Curre miles Dei festinans

Sapien. 8. ter, ut numero talium sociatus, negotia militaria securus gerat. Si enim consilio uti necessarium fuerit, respondet tibi continuo Sapientia Meum est consilium & mea tutela. Si

Reg. 17. prælio dimicandum, fortissimi David audies uocem. Non in gladio, neq; in hasta saluat Dominus, ipsius est enim bellum. Si contra hostiles ipetus præcedere disponis excubias,

Psalm. 126. Psalmus cogitanti respondet. Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum uigilant qui custodiunt eam. Si parvus exercitus, contra hostium multitudines innumerabiles educendus sit, orante Iudith protinus confortaberis, consona oratione dum gemebundus exclamas: Non in fortitudine est fortitudo tua, neq; uirtus tua in potentatibus, sed humilium est Deus, indigentium auxiliator, infirmorum

Psalm. 17. opitulator. Si concordia militum queritur, recordaberis scriptum: Domini est pax. Si obedientia, uoce psalmi Dominu Deo tuo cantabis. Eripies me de contradictionibus populi sub nomine autem populi, etiam multitudo militum non

REGINVM PARAENETICVS.

tum non absurde intelligitur. Maxime quia in huiusmodi populo sepe abundat contradic^{tio} feritate naturali, materiam seditionibus ministrante. Periculosa est autem militū contradic^{tio}, c^aedibus enim rapinisq; vicina est. Et dulcis est obedientia, dum monitis salutaribus sapientissimi D^ruis libēter obtēperant. Nec dubitari penitus oportet in actibus militaribus supernae uirtutis auxilio duces forētūs indigere. Clamante David, et quasi in contētione generis humani respondēte eis, q; confidūt in uirtute sua: Benedictus dominus Deus meus qui docet manus meas ad prēlium, & digitos meos ad bellū, Misericordia mea & refugium meum, susceptor meus & liberator meus, qui subi^ciet populos sub me. Hoc quippe intelligens, à Domi no tibi populos subi^ci, uoluntatem Domini procul dubio facere properabis, & non potestate sola terribis subditos, sed tranquilla consilia præbebis obedientibus, dans operam talis esse, quales uis alios inuenire.

SECVNDA INNOCENTIAE regula.

Secunda quippe regula est innocentiae militaribus acti bus occupato, ut quasi in speculo, sic in illo milites uiderint quid agere debeant, & magis eos imitatio ad bonum prouocet quam potestas. Dux enim sapiens illuc debet ire, quo^m cupit ducere subditos. ideo enī dicitur Dux quia ducit, & seipsum utiq; ducet, si per viam regiam pu-

FERRANDI DIACONI AD

Cat posse ambulare, quos ad foucam mala uitæ (malū exēs
plum præbendo) perducit. Tu ergo esto signifer discipli-
nae sancti Symae, tuerige trophyum uirtutis, intuendam ue-
giter ceteris tu imitandus appare. Quicunq; te audiat præ-
cipientē non redarguit aliter operantem. Pone semper in-
cord. tuo sermones Apostoli, dicentis: inexcusabilis es o
homo omnis qui iudicas, in quo enim alium iudicas, tuis
condemnas eadem enim agis que iudicas. Et que culpabi-
lia pronuncias, uitare prius studebis, postea condēnare.
Roma 2. Quicunq; laudabilia operari prius, poste a nobis re. Vita
quæ uppe optimi Duci sspculo cōparata, bene inspiciur,
Jiluceat in ea, non simulato colore, sed uerissima prorsus
ostensione, fides, iustitia, misericordia, patientia, continē-
tia, & non imprudens astimatio suorum Fidelis Dux-
eris, si iudicio sapientium, non sermonibus adulatorum
proberis & cognoscari recte credere, nemine fallere,
promissi perfidere iustus autem Dux eris. Si iudicio sapi-
entium, non sermonibus adulatorum proberis, & cogno-
scari perseverantes in militia punire, bons fauere, sins
golorum merita discernere, reddere omnibus debita. Mis-
ericors Dux eris, si iudicio sapientium, non sermonibus adu-
latorum proberis, & cognoscari diligere pueres gu-
bernare subiectos, indigentibus ministrare, postulantibus
ueniam clementer ignoscere, docere insipientes sapi-
entiam, reuocare in flagitis ambulantes à via sua mala,
dominū rogare pro inimicis, pacificare discordes. Patiēs
Dux eris, si iudicio sapientium, non laudibus adulatorū pro-
beris,

beris, & cognoscari laborare pro utilitatibus aliorum,
 siue emolumento cupiditatis. iniurias pati, nec facere, non
 habere ulciscendi libidinem, metu aduersitatis nullatenus
 frangi, desiderio prosperitatis minime rapi, perseverare
 in his quae bene assumpseris. sperare misericordiam Dei,
 etiam si distulerit subuenire. Nihil cito sine consilio face-
 re, quicquid imperat superior, obedienter excipere, quic-
 quid precipit inferiori, sine perturbatione disponere. Co-
 tinens Dux cris, si iudicio sapientium, non laudibus adul-
 torum proberis, & cognoscari, res alienas nec concupi-
 scere, nec auferre dum possis, nihil agere violenter, nihil
 fraudulenter, nihil sine modo, nihil propter uoluptatem,
 nihil propter avaritiam, nihil uetitum legibus, aut consue-
 tudini contrarium ciuitatis uel gentis, si tamen ipsa con-
 suetudo nec religioni nocet, nec bonis moribus aduersa-
 tur. Alioquin consuetudo mala sine moribus, nisi expella-
 tur, occidit. Nihil ergo aduersus consuetudinem, sed
 bonam, gerere, uirtus est continentia. Profecto au-
 tem si continens uixeris, etiam de futuris, non impru-
 dens inuenieris existimator, siue uigilando contra in-
 sidias aduersariorum, siue sciendo qui soleant euentus
 rebus singulis deputari, unde oriuntur seditiones, unde no-
 ua bella nascatur, unde dissolutio seueritatis, unde rapina
 ru dam nosa licentia, ut haec omnia in suis amputata radi-
 cibus, iter sapientissimo Duci, quietissime dispositionis
 aperiant. Audienda sunt etia loan. Bapt. fidelissima monita,

FERRANDI DIACONI AD

9

Luc. 3.

que milites audierunt, quando eis interrogantibus, quid faciemus & nos? Non autem ite, arma deponite, bellorum sicut certam nam, solis orationibus uacantes, imperatoris præcepta contemnute. Sed alia quædam proposuit observanda, dicens: Neminem concutiatis, nulli calumniam faciat, contenti estote stipendijs uestris. Concutere uero est aperte facere uiolentiam. Calumniari, occasionem non cendi requirere. Quoniam qui stipendijs suis noluerit esse contentus, aut freна disciplinæ simul disrumpit, ut temperarijs excessibus aliena diripiatur. Et hoc prohibens sanctus Ioannes dixit, neminem concuseritis: aut requirit causas offensionis, ut sub aliquo iustitiæ colore terreat innocentias, atque auaritiae suæ, uel potius rapacitati sati facere cogat inuitos. Quod prohibens sanctus Ioannes dixit: Nulli calumniam feceritis. Et remota huius duplicitis malitiæ peruersitate, quid sequendum fuisset adiecit: Contenti estote stipendijs uestris. Beati erunt milites, si haec præcepta custodianter. Beata Republica, si tales meritis erit habere milites. Beatus Dux, in cuius exercitu tales esse contigerint plurimos. Veruntamen plus beatior apparebit si puse fuerit talis, neminem scilicet concutiens, nulli calumniam faciens, contentus stipendijs suis. Nam profecto quanto dignitate maior existit, tanto magis & concutere, & calumniam facere potest, & non esse contentus stipendijs suis. Hinc autem plerumque maximis ciuitatibus afflictio nascitur, hinc grauissimæ crudelitates, hinc militare artibus lucri exquisita compendia. Hinc uenalitas in iudicijs,

iudicijs, hinc remissio in pralijs, hinc totius Reipublicæ diminuto. Si dux corporit non esse contentus stipendijs suis, & super emolumenta publica, priuatis amplificari cōmodis cupiens, utilitatı tantum suę curam gerat, salutem uero uel securitatem negligat subditorum. Talis dux non est circa æquales modestus pariter & suavis, sed litigiosus & auarus. Non est circa inferiores mansuetus, comis & facilis, sed crudelis, personarū acceptor, & difficilis, sub isto disciplina militū cito deterioratur. Cui enī prouincialium uclint milites parere, quos ab ipso duce pati conspererint fraudem? Quomodo contenti sint stipendijs suis, qui ducem suum nobilitari sentiunt de facultatibus alienis? Nonne quando dux aliquem concutit, ipsis utitur ministris ad violentiam? Quādo alicui calumniam facit, per ipsos negotium fraudis exercet. Imperando ergo eis frequenter iniquitatem, contemnere eos efficit æquitatem. Vult itaq; dux sapiens, ut sit miles quietus, pacificus, subditus. Sit ipse iustus, misericors, temperatus, & in sua administratione non præesse diligat, sed prodeesse. Imitetur bonus actibus Samuelem, comparet sibi liberam fidutiam, uerecundæ & honestæ libertatis, ut ingenua fronte dicere ualeat subiectis sibi, sic dixit Samuel: Ecce assūm ego, respondete contra me in conspectu D O M I N I , & in conspectu C H R I S T I eius, si uitulum alius tuli, aut asinum alicuius tuli, aut alicui uestrum per potentiam nocui, aut aliquem oppressi, aut de manu alicuius accēpi pro exhortatione uel calciamenium. Respon-

FERRANDI DIACONI AD

dete aduersum me & reddam uobis. Et respondeatur eti
am ei quod dixerūt ad Samuel. Nemini nostrum nocuisti,
nec per potentiam aliquem oppressisti, nec confrigisti
nos, neq; accepisti aliquid de manibus nostris. O quam
gloriosus Dux erit ante faciem principis, qui ista audire
meruerit. Magnificabunt eum proceres, benedicent humili
les, sequetur illum fama, diuitijs omnibus melior. Dabi
tur ei sicut scriptum est, fidei donum electum, & in tem
Sapient. 3. plo Dei placidior honorum laborum fructus bonae famae.
Et si forsitan remoueatur, aut Rempublicam non admini
strare iubeatur, manebit & permanebit in omnium dilectio
ne quasi presens. Quisquis autem successerit ei, non
quod reprehendat, sed quod miretur inueniet. Sitamen
magis prodeesse diligat, quam praesse. Multi enim pre
sunt, sed omnino pauci profundunt eis populis quibus pre
sunt. Quisquis priuatis honoribus inhiat, de specta utili
tate subiectorum, magis praesse appetit quam prodeesse.
Talis autem Dux inutilis est, iniustus, nec regere potest
stantem Rempublicam, nec reparare collapsam.

TERTIA INNOCENTIAE regula.

Tertia ergo est regula innocentiae actibus militari
bus occupato, si video præsis ut prosis. Prodeesse au
tem uideberis, si epus & locutuæ administratio
nis intelligas. Et tempus quidem considerabis, dum sapienti
discretione

discretione perpendes, utrum pacificum sit, an tumultibus bellicis inquietum. Sæpe enim quod in pacis oculo unius disciplina persequitur, inter turbas & gladios causa tolerata patientia. Locum uerori ete considerabis, utrum sterilis an fertilis: utrum nutriendo exercitui sufficiens, an minus doneus: utrum desolatus & incolus, an inconcussus, & dilectus apparet exaratus. Quoties enim reparacione indiget locus, ubi gubernare uideris exercitum, contemnda sunt omnia lucra priuata, etiam que sibi consuetudo iam libere uindicat. Et seueruus paulorū gildior temperanda censura. Præter hæc quoque duobus modis prodeste uideberis, si neminem laedas & illos qui solent, aut uolunt laedere prohibeas quantum potes, immo quantum posse donauerit C H R I S T V S. Tunc autem Dux opimus neminem ledet, si in omni pretorio illius non audeat aliquis amicus, cliens, medicus, armiger, aut propter officij publici deuotionem lateri Ducis semper adiunctus, concessa beneficia uendere. Quid enim miseros iuuat, si Dux exhibeat conuentio[n]em boni Ducis. Et alius sibi potestate illius occasionem faciat auaritiae satiandæ? Tales habeat socios aut ministros, qualem se esse debere cognoscit. Quisquis enim Ducis familiariter inheret, cum multa exequenda committit, manus est Ducis, merito quicquid illi accipiunt, ad illum sine dubio credetur per ratiōnē. Nec potest esse Ducis optimi fama bona, quando fuerint ministeria mala. Deinde, quomodo corripiet exirancos, nisi prius correxerit suos?

FERRANDI DIACONI AD

Quis dubitet in exercitu constitutus, facilius ad committenda profilire facinora, si uiderit assistentes Ducī, perpetrare licentius deteriora? facile autem custodiet omne uulgo, quamvis indomiti exercitus, quōd homines Ducī ualde familiares seruauerint. Cauet ergo diligenter, cāueat ne quis hominum suorum miseris noceat, et dum se bonum putat, malus propter malos putetur, quibus aut fauere dicendum est, aut consentire, quando ipso præsente talia gesserint, qualia etiam si ipse non gerat, non habere credatur, sed fingere bonitatem. Non potest sapiens Dux excusari de ignorātia, quoties forsitan dixerit: ego nescio, non audiui, nullius ad me querela peruenit. Per ipsum namque quid agatur à suis oportet inquire, quia nemo eos audet publicis interpellationibus accusare, quorū uiolentias alij timent, alij patiuntur. Dux ergo præscrutator accerrimus effici nullatenus dubitet, cui ex hac diligentia publice seueritatis nascetur authoritas, ut omnino profit, quando neq; à se, neq; ab alio siniū quempiam ledi. Potest planè per hāc diligentia sic acquirere bonam famā, ut etiā si persona superior ledere uoluerit subditos, libera itercessione subueniat, et parcedū facile persuadeat, qbus ipse primo p̄pcerit. Pulchre autē nos uia disputationis ad hūc locū deduxit, ubi ut neccsariū bonis ducibus dicemus, etiā suggesto principibus prodeſſe subiectis. Nouimus enim plurimos, ut placeant potioribus, minus consuere inferioribus. Ex eorū numero eſſe arbitror, q̄ prouinciæ ubi administrat, indigentia ſive tribulationes cælādo, salutem

salutem nunciant permanere. Quicquid aspiciunt lapsum,
 gloriam suam facientes, si mentiantur stare, quod norunt
 perijisse. Coguntur uero ut uerbis improbis credulitatem
 comparēt, multiplicare miserorum prouincialū damnū,
 per quæ uideantur quasi lucra, sed nimica prorsus Rei
 publicæ, piissimis principibus prouidere parationi, po-
 tius regionis impedientes. Et ubi apparere gestiunt utiles,
 ibi sunt prorsus inutiles. Imponendo enim grauiora one-
 ra, succumbere faciunt populos fatigatos, nec relinquunt
 successoribus suis, præter luctus & lachrymas. Nolo te
 istis similem reperiri, si prodesse diligis non præesse. Pra-
 sta aliquid dignum memoria, quod recordetur posteritas,
 & temporum tuorum nulla nascatur obliuio. Da ope-
 ram diuites relinquere, quos inueneris pauperes. Abun-
 dantiam prouidere, ubi etiam tu penuriam uel pertulisti
 festines. Et siquidem sufficit uirtus tua, prouinciam sine
 tarditate restaura. Si uero piissimi operis inest uoluntas,
 deest facultas, defer hoc ad conscientiam potestatis supe-
 rioris. Esto testis fidelis alienarum miseriārum, supplica,
 obsecra, donec impetres adiutorium. Labora diu peten-
 do, ne alij diurnas angustias perferant laborando. Tu enī
 iudicaberis præstisſe, quicquid uniuersis (te postulante)
 præstabitur. Noli apparere similis, ad horam placere uo-
 lentibus, qui uidentes aut sentientes, aut interdum etiam
 perferentes in prouincijs ubi militant mala, per relatio-
 nes falsas nunciant bona letissimo nuncio. Putantes sibi
 præstari, ut uel utiles administrationi quam gerunt, uel ne-

FERRANDI DIACONI AD

ceſſarij uideantur. C ingemiscendum nefas, dum querunt praeſe, non cogitant prodeſſe, ſed priuati honoris iniuſtam potentiam, per aliena ſeruare conantur incommoda. Quos tamen aliquando malorum genere ambitionis aſtutia decipit, dum cœperit fama publica loqui, quod facit, repertiq; fuerint in ſua profefſione mendaces. Auertat Deus hanc dementiam ſemper, & hos mores à dueibus optimis, qui prodeſſe diligunt nō praeſe. Tunc enim Reges publ. bene gubernatur, & de magnis potest liberari periculis, ſi dux ciuitatum eam diligat, quamcum ſe pum.

- Leui.19. Manifesta quippe ſententia eſt ueteris legis Dilegas proximum tuū ſicut te ipsum. Quam noui testameni prædicator idoneus, ita repetendo conformat, & innouat Paulus. Omnis inquiens lex in uno ſermone compleetur, in eo quod diligis proximū tuum ſicut te ipsum. Quis autem melior proximus estimandus eſt duci sapientiſſimo, quam Republica, cuius ei & negotia, & ſtatus ſalutis q; committitur? Diligat ergo eam ſicut ſeipſum. Quia diligendo eā ſicut ſeipſum, deſiderabit eā udere pacificā, quietā, fructiferā, ſine aliqua perturbatione tranquillā. Sicut ipse utiq; quantum potest nititur, ut pacificus, quietus, opulentus, & ſine aliqua ſi perturbatione tranquillus. Ingrēdere igitur tuurorū opime, quoties cogitas, qualis eſſe iactibus militari debetas, in grēdere conscientiae tuae latiflma penetralia. Vice ibi quomodo cupias habere letitiā, et diligēre caue, ut Republica, quam diligis ſicut teipſum, nullam poſſit pati tristitiam. Considera, quia nec damnum tibi uis euene-
- nire,

nire, nec dolorem, nec dedecus. Et ab istis malis eripere
 festina Republicam. Si dicitur tibi quando ipse priua-
 tim violentiam pateris, odire debes quorum violentijs
 Republica tribulatur. Si rapinas honorum tuorum toleras
 reformidas, consuetudinem rapiendi tolle raptoribus. Si
 detestaris, et inimicum ueraciter putas, quicunque te
 falsis accusationibus appetuerit, execrabilis iudica pro-
 uinciae tolius accusatores. An forsan difficile arbitra-
 ris, ut patiatur accusatores tota prouincia? mihi crede se-
 pius patitur. Accusatores eius sunt ambitores, quibus
 ut potestas detur opprimere pauperes, impossibilia polli-
 centur, et de solatis, belli quoque incurju, iam perditis
 regionibus, statum pristinæ stabilitatis abscribunt. Adhuc
 uigere cuncta mentientes, adhuc peccare non functiones so-
 litas, sed noua quoque, si adiijciantur, tributorum pondera,
 sustinere. Culpant autem susurris absconditis mini-
 stros fiscales exactioris, desideriq; eos, aut nimium re-
 missos uoluntarie, nulla prouidere lucra Republicæ men-
 tiuntur. Sibi uero dum commissa fuerit actio, per ni-
 miam fidemq; diligentiam cuncta effici prospera. Sed o-
 pertinax cupiditas, diligentia eorum crudelitas, ratio depræ-
 datio melius, appellatur. Ideo cupiunt emere grauissimas
 actiones, quia cogitant uendere. Promittunt falsa, ut uera
 subripiat, blandiuntur ut noceant. Piam quasi sollicitudinem
 p utilitatib publicis gerut, sed affligeret simul oia, et dete-
 riorare moluntur. Euertere cupiunt, non gubernare.

Dissipare,

FERRANDI DIACONI AD

Dissipare, non custodire. Deuorare, non pascere. Materiam seditionibus, incrementa miseriis, causam fletibus subministrant. Hoc agentes, ut cum prouincia propè mortuane tardius moriatur, sæpi aures tuas spinis, ne audias uoscem maligne loquentium. Quando eos conspicis agrorum laudare fertilitatem, nunciare abundantiam rurum, loca frequenter amoena depingere. Time fabulam blandam, sermo huiusmodi uiscus est. Herere ibi nullatenus debet boni ducis uoluntas. Nec requirendū censeas, utrum aliquid ueraciter narrent. Artifici enim consuetudine uitiorum non minus cauti ad nocendum, licet sciant omnia desperuisse, querunt tamen aliquanta loca satis rara, quæ misericordia Domini protegente, meruerunt uel illæsa servari, uel forsitan parum ledi. Quorum nomina commenda memoria frequentius recitantes, comparatione eorum, magnitudinem generalis calamitatis extenuant, & dicunt, sicut probare sine dubio potuistis, his functionibus prouincia sufficit. Ille enim locus tantum habet utilitatis. Omiseri quorum os locutum est uanitatem, & dexteram eorum, dextera iniquitatis. Si bono suo apertos habent oculos, unde populus gemit, afficiant si statera iusta sit in labijs eorum. Prius numerent quanta perierint, post modum quanta remanserint. An ibi nihil uident, ubi piezas indigetur, & hoc luminibus sollicitis notant, unde iniuria generetur. Longe fac uitam tuam ab illis, domum tuam semper inueniant clausam. Displiceant tibi noxia suggestentes, & se displicuisse cognoscant. Ipsi quippe adhæret familiaris

REGINVM PARAENETICVS

familiariter etiam turba pessima delatorum, qui latenti
murmure ducibus optimis facultates insinuant alienas, ut
laqueis avaritiae captiuati, p[ro]l[act]e ad ministracionis perdant
opinionem, si acquiescant improbis persuasionibus, &
cogitent quae sibi nunciantur auferre. Quid aliud nisi ca-
lumnias innocentibus hominibus excitatur? Detestabile
profecto genus humanum, nimisq[ue] abominabile, delatores.
In cuius praetorio minime emergerint, ipse diligit Rem
publicam sicut seipsum. Nolens alijs facere, quod ipse pa-
ti noluerit.

QVARTA INNOCENTIAE

Regula.

HAEC enim quarta est innocentiae regula militari-
bus occupato, quam tenes & tenere firmiter
debes. Ut diligas Rempub. sicut te ipsum, charitate
libera. Cuius abundantirepletus dulcedine Moses, dum uti-
deret populum Israël in Rempub. scilicet suam peccasse
omnipotenti deo, timereq[ue] iustissimi iudicis severitatem
futuram, sic placare arripuit irascentem. Obsecro inquit
domine, si dimittis eis peccatum, dimitte. Si autem, dele
me de libro tuo, quem scripserunt manus tuæ. Considera-
mus quid proderat Moysi alios saluos facere si periret? Sed
quia Rempub. diligenter semper sicut seipsum, charitatis
huius sacrificio Deum placauit, & nec ipse periret, nec po-
pulum quem gerebat, perire permisit. Hunc David san-
ctus

Exo. 32.

FERRANDI DIACONI AD

clus & equali uirtute dilectionis imitatus, percutiente An-
1. Para. 21. gelo ciuitatem. Conuertatur inquit manus tua in me, et
domum patris mei. Isti qui oues sunt, quid fecerunt? Da
hominem qui Rempublicam sic diligat, & uidebis qua-
tum Deo placet, etiam militaribus actibus occupatus.
Profecto dignus es, ut talium similis uias, paratus labo-
rare pro requie subiectorum, paratus etiam mortem su-
bire, si permiserit Deus, ut de mortis periculo tibi sub-
ditos liberes. Plus time Dux optime, prouinciam fieri
deteriorem, quam te ipsum, minuentibus opibus pauperi-
orem, diuitias inestimabiles iudica famam bonam. Ve-
runtamen quia omnis homo qui diligit se ipsum, plus de-
bet diligere Deum quam se ipsum, alioqui minus diligens
Deum, non diligit, sed odit se ipsum. Quicunque diligat
Rempublicam sicut se ipsum, plus diligit D E V M
quam Rempublicam, d u n q; negotia præponat huma-
nis. Et haec erit quarta regula Innocentiae militaribus
actibus occupato, sic considerare temporalia, ut plus at-
tendat æterna, sic consulere præsentibus actibus, ut plus
de futuris cogitet præmij. Euenit enim frequenter,
quod ignorare non potes, sapientiae spiritu cuncta reue-
lante sensibus tuis, ut aliquid fieri necessitas cogitat, quod
æternalex prohibet. Verbi gratia, ne incognita proferas
mus exemplia: si plures in exercitu fortissimo reperiantur
heretici, infidelitatis sententiam falsam, pertinaci animo
silente, vindicantes, & proprietate hoc hereticis parcere uel
consulere Dux Catholicus suadeatur, aut nefandi erroris
prædicta

prædicatoribus exercendarū licentiam tribuere blasphemariū patienter ferens, propter scandalū quod pati formidat, etiam reo lauacro secundū baptismatis pollui iā, emel renatos, nempe tam malē suasioni consentiens. Licet aliquam videatur utilitatem bonorum temporalium præstis tisē subiectis, si bū interim nocuit, dum de adiutorio dei misus sperasse iudicatus, interdū deteriora quā formidat pericula tolerat, & nec in sua fide constans, exercet compenter z.ū religionis, nec euadit ruinam gravissimā tribulationis, quia præposuit terracna cœlestibus, et uoluntatem creatoris offēdere nullatenus dubitauit, placere uolens hominib. mē. e corruptis Beatus ergo eris similitarib. act. b. occupatus p. fide uera. quā tenes nē. ni bland. e. is, et aduersus eā canes p.cedētes ex officina mendacij latrare p. h. beas. Spē tuā ponēs in illo, cuius potestati nemo resistit impune Quē si offēderis, sine causa de multitudine præsumis exercitus. Si habueris propitium, neq; militem superbum neque uolentiū tumebis hostem. Principaliter ergo tibi cura sit occupatio militaribus act. b. ut fides Catholica semper uincat aduersarios suos. Hanc defende inter arma & gladios. Hanc persuade mentibus armatorum. Ei des auctem Ca holica est pars, et filij & spiritus sancti, unā contra Arriū jubilantia ueleſēnā. Ires aduersus Sabellū prædicare p. ionas, ui cū bene intelli. Et a fuerū ī. ſētia unitas, ī personis pprie. as, uera quoq; in maiestate adoretur equalitas, tres enīsūt. Quia alius ē pater, alius filius alius ſp. ritus factus. Sc̄. hab. ires unū ſūi et ſūme unū ſunt.

Quia

FERRANDI DIACONI AD

Quia singulatim Deus est pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. Neq; tamen tres dij. sed unus est Deus, de quo scriptura sancta dicit: Audi Israël, Dominus Deus tuus unus est Deus. Suspitionē nāq; solitarij dei remouet trinitas, et unum deum credentibus ostendit una substantia. Non sic una ut per singulos semiplena, in omnibus fiat tota, & ideo sit una, sed una numero, genere, uirtute, plenitudine. Quam sicut habet in omnibus, ita non caret in singulis. Tanta in solo patre, quanta in filio & spiritu sancto. Tanta in solo filio, quanta in patre & spiritu sancto. Tanta in spiritu sancto, quanta in patre & filio. Tanta postremo in singulis eorum, quanta in duobus. Tanta in duabus, quanta in tribus. Tanta in tribus, quanta in singulis. Nihil quippe est ibi gradibus ordinatum, nihil qualitate diuersum, nihil quantitate minimum, nihil loco separatiū, nihil tempore posterius, nihil efficacius, nihil passibile. Vbi hoc tantum modo recipit distinctionem, quod ad inuicem sibi sunt. Pater scilicet ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad eos. De quibus & cum quibus spiritus sanctus est, ut ipse solus in trinitate appelletur spiritus sanctus, proprium spiritus sancti de utroq; procedere. Pater quippe unus filij est pater, filius unius patris est filius. Ad solum patrem generatio, ad solum filium natiuitas, ad solum spiritum sanctum pertinet de utroq; processio. Merito dum sauitis nostræ necessitas expectaret, ut propter homines librandos, Deus homo nasceretur ex homine, non est natus secundum

Secundum carnem pater, quia filius nunquam fuit, aliquādo nec filius. Sed natus est filius, ut ipse fieret filius uirginis matris, qui est filius Dei patris. Et per temporalem nativitatem Dei omnipotens numerus nullo modo creseret filiorum. Neq; duos filios faceret unici filij secunda nativitas. Maxime, quia idem ipse unus filius, sempiterno patri coæternus, consubstancialis, æqualis, quem solum oportebat etiam filium hominis fieri. Postquam uenit plenitudo temporis, ut uir fieret ex muliere, redempturus uiros ac mulieres, in uno sexu temporaliter natus, ut utrūq; saluaret, unum eligendo in quo nasceretur, aliud unde nasceretur. Ita suscepit substantiæ nostræ ueritatem, ne per sonæ sue duplicaret singularitatem, duarum substantiarum gigas, sed unius tamen eiusdemq; personæ. Verbum quippe ante carnem una natura, et una persona, uerbum caro factum, due naturæ, et una persona. Verbum ante carnem ò uovatio, et patri et matri. Verbum ante carnem sine initio temporis ineffabiliter genitus, uerbum caro factum est, postquam uenit plenitudo temporis, mirabiliter et singulariter, sine morbo libidinis procreatus. Verbum ante carnem, nouum fabricans mundum, uerbum caro factum, percuntem redimens mundum, uerbum ante carnem diuina faciens, uerbum caro factum, simul et diuina faciens et humana, quoniam uoluit patiens. Verbum ante carnem unigenitus Deus, uerbum caro factum E M M A N V E L, quod in interpretatur nobiscum Deus. Idem tamen ipse uerbum caro factum, qui prius in

Galat. 4.

FERRANDI DIACONI AD

principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, &
Deus erat uerbum, quia non homo Deus, sed Deus fa-
ctus est homo, ut homo esset Deus, id est, I E S V S
C H R I S T V S · Quicum in forma Dei esset,

Phil. 2. non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed se-
met ipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitu-
dinem homo factus, & habitu inuentus ut homo. Humili-
auit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mor-
tem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltauit,
& donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in
nomine I E S V omne genu flectatur, cælestium, terre-
strium & inferorum, & omnis lingua confiteatur quia
Dominus I E S V S C H R I S T V S in
gloria est Deipatris. Hic est Dominus I E S V S, qui
in trinitate perfecta filius nominatur. Quando in nomi-
ne patris & filij & spiritus sancti baptizari iubemur.
Hic est magnus et parvus, excelsus et humili, impassibilis
& passibilis, immortalis & mortalis, sine peccato inter
homines uiuens, et peccata hominibus donans, per omnia
similis nobis absque peccato. Et per omnia similis patri,
qui nobis eum misit, in similitudinem carnis peccati. Et de
peccato damnauit peccatum in carne. Veraciter & pro-
prie filius uirginis matris. Super caelos uita uiuentium, sup-

Tim. 2. terram medicinali languentium. Apud inferos resurrectio mor-
tuorum. Mediator Dei et hominum, propter duas substatiæ,
sive naturas. Quarum est illi una cum deo, altera nobiscum
comunis, in una eademque persona, in qua uerus factus est
mediator

mediator, nō habens initium Deitatis de M A R I A, sed hā
bēs inde materiā carnis, quā suscepit ut nasceretur, habēs
nostrī generis carnē, non aëriā, non fantasticā, nō de cælo
depositam, non aliunde factam, quamvis humanam, nul-
lis sordibus originalis iniquitatis, & aliqua ex parte pol-
lutam, non ex uoluptate carnis, & sanguinis, sed spiri-
tus sancti superueniente uirtute formatam, rationālēque
anumae inspiratione uiuificatam. Proprie & ueraciter
humanam, idem de matre, sed tamen sine homine patre.
Corruptibilem, quia famem, situm, dolorcm, mortem,
uoluntarie quidem, sed tamen ueraciter sensit. Incorru-
ptibilem, quia nullius in se delicti, uel originalis, uel pro-
prij stimulum sentiens, iniquitati nulla uictus cupidita-
te consensit, nec sepulta potuit peruenire ad corruptio-
nem putredinis, beneficio resurrectionis. Quando por-
tas manubias inferorum, surrexit idem ipse semper unus
C H R I S T V S, per quadraginta dies cū discipu-
lis conuersatus, et sic ad cælum mirabiliter ascensurus.
Vbi modo ad dexteram patris sedet, uenit ueris in claritate,
qui prius uenerat in humilitate. Iudicaturus uiuos &
mortuos, et damnaturus incredulos. Credentibus uero remis-
sione peccatorum largitus, æternāq; uitam, si tamen in
Ecclesia Catholica perseuerauerint ab ēim uittiorū cōtegi-
one mundati. Catholica quippe ecclesia statio est, ubi uulne-
ra nostra bonus medicus sanat, filius ē promissionis, quis-
q; ea usq; ad effusionē sanguinis uidebat. Propterea Dux
optime, et fidelis, tene oīa dogmata eius, predica, uindica-

FERRANDI DIACONI AD'

duc ad eam uolentes, compelle nolentes, non dolore suppli-
ciorum, non metu gladij saeuentis, sed modesta correpti-
one, & seueritate plena dilectionis. Procul absit timor
Diabolo militans. Sciant heretici quia Catholicus es: scie-
ant Catholici, quia detestari shæreticos.

Q VINTA INNOCENTIAE regula.

Porrò quinta est regula Innocentiae militaribus acti-
bus occupato. Deficiat temporibus administratio-
nis tue peccantium synagoga, crescat numerus cle-
ctorum. Sigloriosus efficitur, cuius labore dilatantur fi-
nes imperij, quanto erit gloriosior, cuius labore Catholi-
ca multiplicatur Ecclesia. Gaude ad lucra C H R I
S T I, dole in dispendijs. Sēperq; in corde tuo maneat
Apostoli Petri sententia, Iudeorum principes sub hac in-
terrogatione culpantis. Cui inquit obedire oportet, Deo
an hominibus? Hoc itaq; tu Dux fidelis quoties fidei tuae
seruor pphanos milites scandalizat, ore & corde dic: Cui
obedire oportet, Deo an hominibus?. Respondente autem
conscientia tua, Deo. Loquere, fac, ordina quod diligit
Deus. Ut quicunq; iam contrarij ueritatis existunt, aut
sequantur uolentes, aut remaneant murmurantes, & ni-
hil aduersus orthodoxam religionem ualentes. Neq; enim
deesse poterunt ex altera parte, quibus placeas in opere
bono, quorum corda tibi tenacius inhærent, ubiq; habet
fides

fides uera dilectores suos. Quantilibet extollatur iniquitas, ueritas uincit. Sed penes sint forsitan in multitudine exercitus, plures haeretici, pauci Catholici Magis te oportet uiris fortissimis niti, ut si gratia Dei respexerit oes milites, fortissimos facias Catholicos, aut cerie paucos dimitas Haereticos. Parum adhuc loquor. Ad illas fortasse missus es regiones, ubi nullum reperias orthodoxum, uel cerie rariissimos latentes. Ibiq; uiriliter semina uerbum uitæ ad gloriam C H R I S T I. Redargue multitudinem perfidorum sine uerecundia, sine formidine, sine dubitatione. Nec prius cogites, quomodo eas regas imperialibus legibus, sed quomodo corrigas eloquijs spiritualibus, territosq; nomine autoritatis, primitus doctrinæ sanctæ repugnare prohibeas, deinde paulatim consentire suadeas. Vile tibi est, recta sentire, si alios quoque non deseras in prauitate. Boni Dux instantia, plerumq; multis prebeat occisionem salutis. Sed si forsitan desperas illos posse saluari, bonum est saluti conuenientia prædicare, quia uoluntatem Deus coronat, non facultatem. Seminare pertinet ad officium diligenter agricole, superni est muneric ut terra frumentorum, uotisq; cultoris sui respodeat. Hac plane discretione circa subditos usus in doctrina, facile etiam potestatis sublimibus, et ipsis, quorum munere Dux est efficitur, regibus, si qua forte contraria ueræ fidei senserint, et non cedere poteris et repugnare, paratus ad martyrium discens. Alioqui qui metuens inferiores offendere, minus exigitur causam propriæ religionis, quomodo merebitur

FERRANDI DIACONI AD

Psal. 118.

tur cum prophata David canere. Loquebar de testimo-
niis tuis in conspectu regum, & non confundebar. Si
boni Duces inciperent humanis diuina preponere, maxi-
mis erroribus remedia prouiderent. Late patet uirtus
ista, per plura & plura iustitiae itinera, fundatus huma-
nis diuina præpone, & uidua oppressionem non per-
ferat, propter spem lucri prætereuntis. Pupilli substan-
tis tutoris minime indigeant beneficio, pessimam uicto-
riam iniustus litigator amittat. Sacerdotum postulati-
onibus libenter patescat auditus, frequentetur oratio,
lectionis studium, quamvis undique occupationibus irru-
entibus, igne desiderij spiritalis (remota tepiditate) fer-
uescat. Quare enim Dux optimus opprimit uiduam?
Quare pupillum ledi finit? Quare pro iusto litiga-
tore iudicat? Quare difficile aut raro ad Ecclesiā pergit?
Quare non legit? Nisi quia diuinis humana præponit.
Præpone ergo diuina semper humanis, & omnia tibi
religiose uoluntatis, & opera & uerba, quamvis inter
militares actus, salua erunt. Eleemosynarum uero sacri-
ficium quis ita posset offerre, sicut Dux optimus, cui ma-
gnitudo potestatis, abundantes præbet occasiones mis-
ericordiae tribuendæ, si tamen diuina præponat huma-
niss. An inaniter Daniel propheta Nabuchodonosor
dicit: Consilium meum placeat tibi rex, & Peccata tua
eleemosynis redime, & iniustias tuas miserationibus
pauperum, & erit D E V S parcens peccatis tuis,
nisi quoniam potentior est facilitas eleemosynarum, qui-
bus etiam

bus etiam secundum genus eleemosynæ, amplius operari possibile est, ignoscere scilicet delinquentibus. Ipsi enim magis laudabiliter ueniam donant, quorum iracundia nuncius mortis est. Ipsi gloriosius diligunt inimicos, quibus exigere vindictam sanguinis licet. Vtraque opera misericordiae in potestate habes, si diuina humanis præponas. Et in hoc maxime agnoscetis humanis diuina præponere, quando nulli fallaciter iuras, nec subdolo sacramento decipis aliquem. Licet hostis sit antiquus. Licet immania Reipublicæ infixerit uscibus, non uidetur falsa iuratione fallendus, etiam si uita eius impedit, mors proficiat paci. Nec sic quidem Dux optime compellaris falsum iurare. Sic uni hominum, sic populo, sic plurimis gentibus, cum quibus bella gerenda suscepferis. Aut sine iuramento perseverans, assume certamen, aut nullatenus violati sacramenti facinore perpetrato, Rem publicam liberare uel adiuuare. Quid enim prodest ei uincere, quem Diabolus uicit, ut uictoriæ spe falso iuraret? Bonum est ut semper humanis diuina præponas, & uoce sancti Ioh libere libenter loquaris. Sicuti pendentes super me fluctus maris, ita timui Deum. Propter hoc Psalmista dum caneret. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Respondet sibi ex persona Dei talibus uerbis. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit a deuersus proximum, qui iurat proximo suo, et non decipit.

Iob 31.
Psalm. 24.

FERRANDI DIACONI AD

Ille ergo habitabit in tabernaculo Domini, et requiescat
in more sancto eius, qui iurat proximo suo et non decipit.
Ille autem iurat proximo suo et non decipit, qui quocunque
iurat sermonibus, implet operibus. Nemo autem pu-
tet hostem cui iurat, non debere proximum deputari, propter
hoc enim iuratur, ut proximus reputetur. Ex quo igitur uult
amicus effici, legemque pacis amplectitur, iam proximus
est. Etiam qui ei fideliter iurat, proximo suo iurat, et non
decipit. Peccatum ne fas falsa iuratio, et si paulo altius
considerem, inutilis semper, maxime exercitum gubernantibus
Mutabilia enim iuuenum corda, sacramenti uinculo
frequenter ligantur, ut fide stabili bella suscipiant. Et tunc
firma sit securitas Ducibus, si religionis timor iurare fal-
sum non sinat milites. Quam graue itaque et quam per
niciosum, ut uideant, uel sentiant solui facile sacramen-
tum, Ducisque sui inuitetur exemplo, leue estimare periuri-
um. Quicquid proinde iuramento intercedente confir-
mas, ratu sacer obserua, siue inimico gratia, siue ueni-
reo, siue laborantibus tecum praemia pollicearis, et hoc
adhibet inuocatione nominis Dei, credibile facias operam
do, nullius utilitatis consideratione, nullius periculi for-
midine debes irritum facere, fixus sit et immutabilis ser-
mo, cuius fidei testis est adhibitus D E V S. Una pla-
ne causa soluedae iurationis existit, si aliquid iratus iuraue-
ris, unde possis Deum per quem iuras offendere. Verbi gratia,
sitibi per delinquentibus non posse satisfieri terribiliter iu-
res, si iterum ciuitati, uel populo iuras mineras, si penitus
in ecclesia

in Ecclesia non orandum, uel alia que diuinus timor probabit, humanæ temptationis, ad præsens uictus infirmitatem, iuraueris exequenda. Tunc plane non est perficienda iuratio. Quia non ibi diuinis humana præponis, sed diuina potius contemplaris, ut magis sic te iurasse pœnitentia, dum complere quod iuraueris pudet. Etiam sic quippe diuina, præponuntur humanis, illorumque uerborum tene-
ri incipiet regula. Quæ uetans homines cito iurare, imo nunquam uolens iurare. Nolite autem in Euangeliō iurare, neq; per cælum, neq; per terram, sit autem sermo uester Matth. 5.
est est, non non. Quæ utiq; quisquis operatur, imitator existit ipsius filij Dei, de quo beatius ita loquitur Paulus. Non est in illo, est, non, sed est in illo fuit semper. Immutabilis quippe est, sicut uerus Deus, & cum patre & spiritu sancto, naturaliter unus Deus. Cuius nomine inquirēs fidelissimus Moses, uoce sibi cælitus redditâ, tremebundus audiuit. Ego sum qui sum. Et dices filijs Israël: Qui est, mihi fit me ad uos. Profectio magna est gloria in eo manere qui Exodi 3.
est, eum sequi qui est, ut quia nos mutabiles facit infirma natura, nec possumus immutabili Deo per æqualem potentiam comparari, sit semper in nobis est, sit saltem sermo noster est est, non non, siue iuramento intercedente, siue cessante, nitamur in ueritate certissimi permanere. Diuina namque est ueritas, unde multum ueraciter Dei filius dixit: Ego sum ueritas. Et sicut de charitate recordamur Ioannem dixisse. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, manet. Ita similiter si uelimus dicere
2. Corin. 1. Exodi 3. Iohann. 14. 2. Iohann. 14.

FERRANDI DIACONI AD

non mentimur, qui manet in ueritate, in Deo manet, & Deus in illo manet. Præponamus igitur ueritatem cunctis utilitatibus temporalibus, & tunc rite inueniemur huma-
nis diuina præponere. Veritatem plane nobis, aut ratio manifesta demonstret, aut scriptura diuinitus inspirata commendet, aut sacerdotum doctrina fidelis ostendat. Sub specie enim ueritatis, plerumq; falsitas uindicatur, & nisi ad sit bonis ducibus pia cordis humilitas, ut quoties re- quirunt ueritatem, secularis dignitatis remoueant potestatem, miscrab: liter anteponantur humana diuinis, ut te mere audeat. Quamuis Dux, tamen Ecclesiæ discipulus, Ecclesiam docere, nec iudicia sequi sacerdotum, sed uelle potius de sacerdotalibus iudicare iudicijs. Occasione qua-
dam uenimus ad hunc locum, quantum arbitror necessaria-
rium, uolentes semper humanis diuina præponere, ut dux
bonus, in omnibus quidem, si pie sapis, Ecclesiam consu-
las, sacerdotibus obedire festines, sine illorum consilio ni-
hil geras, quorum precibus adiuuaris. Præcipue tamen in-
ter officia religionis, solam discas obedientiam deferre.
Et si quando aliquis scrupulus mentem mouet, non sequa-
ris facile sententiam propriam, nec alijs persuadere cone-
ris, nisi prius eadem sacerdotibus agnoueris placuisse.

Deut. 32.

Memento quid tibi in Deuteronomio Deus loquatur. In-
terrogat patrem & annuciabit tibi, præbieros tuos, et
dicent tibi omnia. Consule ergo quos Deus scientiæ Domi-
nus consuli debere cōmonuit. Etiam si tibi scientiæ plenitu-
do, si facultas maioris eloquij suppetat, inclinata ceruice,
ad humic-

ad humilitatis sanctæ propositū, cōsule sacerdotes. Consule autem pie querendo, nō uolenter quid respondeant impe
 rando. Nec tibi unquam placeat in prouintijs, ubi ducatū
 geris, canonum decretare rescindere. Si enim publicas leges
 transgredi mctuis, quas homo cōstituit, quomodo spiritus
 sancti definitionibus obuiare tentabis? An ignoras quia
 spiritu sancto acti locuti sunt patres, quorū iussa si rescin-
 dimus, loquenti per eos, contumeliam ingerimus. Poteritq;
 forsitan Apostolica nobis increpatio competenter aptari.
 Zelum Dei habent, sed non secundū scientiam. Volēs ergo Rom. 10.
 habere zelū Dei secundū scientiam, tene ordinē reclū, ut
 sacerdotes doceāt, laici doceātur. Et omnis qui se ad Eccle-
 siam pertinere gloriatur, legibus uiuat Ecclesiæ. Maxi-
 me his quas antiquitas roborauit, unde etiam consuetudo
 sine lege, quam tamen Ecclesiæ sanctæ traditio custodien-
 dam iugiter posteris tradidit, eadem reverētia uidetur eu-
 stodienda, & nullatenus amouenda, si nō est fidei ueræ
 contraria. Nec offendat animos tuos Ecclesiastū consuetu-
 do diuersa, dum fides est una. Paruulis enim mentibus, ac pe-
 ne stultis, hoc irrepit uitium. Consuetudinem sue Ecclesiæ,
 ubi uel natus, uel nutritus, in alijs Ecclesijs querere, & si
 aliquam dissonantiam cōsuetudinis uiderit, patitur repen-
 te scandalum fidei. Tu uero uir sapiens, Ecclesiæ ad quam
 peruerteris, si approbas fidem, sequere statim consuetu-
 dinem, nec usurpes aliquam sacrifitus facere nouitatem.
 Si enim te scandalizat mutata consuetudo, potest si-
 militer populum scandalizare, cuius uoluntatem sibi
 dux optimus in rebus bonis semper conciliari festinat.

FERRANDI DIACONI AD

2 Cor. 10. At postolica uerba frequentius recolens, ubi scriptum habes, sine offensione estote Iudeis & Gracis, & Ecclesie Dei. Melius igitur uidetur, ne quod offendiculum detur Euangeliu Christi, multitudine scandalizata populi Christiani. Patienter dux sapiens offensionem tuam toleres, do nec alterius consuetudinis in quo offenderis, aut rationem quo quomodo capias, aut suscipias dilectionem, si tamen, ut saepe dicendum est, nullum timetur periculum fidei. Quod enim fidei non repugnat, hoc solum debet aequaliter sustineri, pro scandalo scilicet populi. Quia et hoc utiq; ad custodiam pertinet fidei, uitare scandalum populi. Populus quippe scandalizatus, facile ad schismata proficit. Et scis quomodo omnis fides periclitetur in schismate. Bonum itaq; est, ut te fauente, te consentiente, et nullatenus prohibere, secundum p̄ij̄simas patrum definitiones, unaquaq; Ecclesia consuetudinem suam sequantur, et tu illius consuetudinis particeps efficiaris, quam tenet Ecclesia, ubi pro tempore, uel administrationis necessitate fueris conuersatus. Alioquin diligere solita, et horrere uehementer insolita, nimia est iustitia, non laude, sed reprehensione dignissima, si placet sapientissimi sententia Solomoni. Noli esse multum iustus, neq; sapias plusquam necesse est. Ne obstupescas, ne remaneas frigidus. Quis remanet frigidus? Cui feruor subtrahitur charitatis. Noli ergo esse multum iustus.

SEXTA INNOCENTIAE regula.

Et hec

Et hæc tibi sexta sit Innocentiae regula, militaribus
 actibus occupato, quicquid dixeris, gesseris, dispositu-
 eris, ut deo & hominibus placeas, & feroce chari-
 tatis, mirabiliter iniquitatis frigus excludas. Noli esse
 multum iustus, neque sapiens plusquam necesse est. Incur-
 rit quispiam grauissimi facinoris culpam, meretur iudici-
 ale sentire censuram. Tempera Dux optime impetum se-
 ueritatis, & dum reo supplicia inferuntur, interioribus
 auribus pietas dicat: Noli esse multum iustus, amicitiae ali-
 us immemor, debita exhibere neglexit officia, dignus est
 abiecti, meretur sentire asperam lesionem. Cohibe obsecro
 rectum dolorem, noli retribuere similia. Ne aestimes quasi
 inimicum, sed corripe adhuc uelut amicum, respondentem
 tibi sapientissimo Solomone: noli esse multum iustus. Esto
 ergo iustus, sed noli esse multum iustus. Esto iustus ut corri-
 piás inquietos, noli esse multum iustus, ut consoleris pusil-
 animes, ut suscipias infirmos, & patiens sis ad omnes. Co-
 sidera ergo quibus imperes, & quam dura corda flectere
 cupias, ut modo minando, modo feriendo, modo ueniam lar-
 giendo. Nullatenus quidem remanere impunita militum
 peccata dimittas, neque tamen semper excessibus eorum
 supplicia condigna retribuas, dicens tibi ipsi: noli esse mul-
 tum iustus. O quanta Dux sapientissime disimulanda fut,
 quanta toleranda, quanta leuiter attingenda, quanta Sa-
 cerdotum quoq; intercessionibus concedenda, ab illo qui
 sapienter audit: Noli esse multum iustus. Potes alia atq; alia
 tacitus considerare uitiorum genera, quibus sanandis, uo-

FERRANDI DIACONI AD

luit remedium præuidere qui dixit : Noli esse multum ius-
tus. Inter alia quippe detractionis abscondito iaculo nem-
inem uulnerabimus, nec in moribus bene uiuentium sollici-
tius inquiremus, unde culpentur. Si loquatur unicuique no-
strum per spiritum sanctum fidelis scriptura, noli esse mul-
tum iustus. Quia utique multum iustus esse culpabiliter nit-
tur, qui per omnem iustitiam proximi examinat uitam, fra-
gilitatis humanæ consideratione postposita, tanquam sine
peccato ualeat uiuere, quisquis incipit peccata uitare, præ-
sertim Iacobō Apostolo confirmante. In multis enim offen-
dimus omnes, unde non immerito reuocatur superbus de-
tractor, ab elatione iudicandi, cum dicitur ei: Noli esse mul-
tum iustus, ut libenter impleat, quod uas electionis, & do-
ctor gentium loquitur Paulus : Si præoccupatus fuerit ho-

Galat. 5. mo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite hunc
modi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu te-
ris, hoc est, itaque noli esse multum iustus. Considera
te ipsum, ne & tu tenteris. Ceterum qui sic delinquenti-
bus irascitur, quia si ipse delictorum penitus expers habe-
atur, continuo in baratum crudelitatis miserabiliter cadit.
Et clamante memorato Apostolo: alter alterius onera por-
tate, & sic adimplebitis legem Christi. Nullius onus por-
tans per patientiam, sit importabilis omnibus, paulatimque
odio crescente multorum, animam primitus seditionib. de-
inde publicis aperit prælijs, cupiendo esse multum iustus,
uere factus iniustus, & nomine aut officio ducis indignus.

Neceſſa

Necessarium proinde sermonem Dux optime sepius re= peto.

SEPTIMA INNOCENTIAE

Regula.

ET hanc tibi septimam Regulam Innocentiae militaribus actibus occupato uehementer inculco, Non
li esse multum iustus. Pietas ad omnia utilis est. **1. Tim. 4. 5.**
Non ego, sed idem sanctissimus Paulus narrat, licet iustitia facit ducem terribilem, pietas facit amabilem. Gubernationi autem Republicæ, securitati, saluti, concordia plus proficitur, quando Dux optimus amare^c ligit, non timeri. Dux amabilis murus est patriæ. Qui uero continuato in omni tempore, continuato uitio^e gore metuendus apparet, omnes subditos facit infideles, facile timet proditionem, facilius patitur, extraneus uiuit inter suos. Tantum postremo timet, quantum timetur. Ethoc in felicitatis flagello nullatenus caret, nisi cunctis mansuetus & comis effectus, didicerit sibi quando alterum iudicat dicere: Noli esse multum iustus, memento te esse Christianum. Quo facilius possis præcepta seruare. C H R I S T V S enim mansuetudinem docens, legis quoque iustitiam temperavit. Hac distinctione legem, Euangeliūq; discernens.

Et quia

FERRANDI DIACONI AD

Et quia in lege non licebat occidere , non licebit in Euangeliō uel irasci . In lege namque adulterium uel abatur . In Euangeliō etiam uidere ad concupiscentium pars esse per petrati adulterij iudicatur . In lege libellus repudij sufficiēbat ad coniuges separandos , in Euangeliō , sine fornicatione .

Leuiti . 19. ttonis crimine nulla matrimonij diuidendi causa permititur .

Matth . 5. titur . Prohibuit lex falsum iurare , iussit Euangelion penitus non iurare . Vindictæ modum lex statuens , dixit antiquis : Oculū pro oculo , dentem pro dente . Discipulos uero

Exod . 22. Euangeliō , nullam uoluit Christus expectare uindictam ,

Deu . 19. sed percussum semel , percutienti monuit alteram præbere

Matth . 5. maxillam . Mille passus angariatum , duo millia ambulare

Leuiti . 19. præcepit , iterdices omnib . modis talionē . Lex inimicis odio

Matth . 5. um retribuit , dilectionem uero amicis indulxit , Euangeliō uero sacra præceptio , diligite , inquit , inimicos uestrros , bene facite his , qui uos oderunt , & orate pro persequentiib . et calumniantibus uobis . Cūmque his amplioribus uirtutibus excellere legi Euangeliū demonstrasset , à uana gloria Christianum reuocauit , & ad misericordiam , cui solus Deus testis est , prouocauit . Orationis quoque regulam simul & uerba credentibus tradens , hac conditione constrinxit orantes , ut quicunque postulat sibi propria debitare relaxari , profiteatur se aliena donare , nihil accepturus à domino , si nihil uoluerit præstare conseruo . Quia & in ieuiño Christiani simplicitas iustum iudicem placat . Et ibi congregare diuitias , ubi cor habere iubetur , in celo scilicet , ubi habitare festinat , non in terra . Vnde per singulos dia-

es migrat, remansurus in tenebris totus, nisi mentis eius intentio, tanquam oculus corporis, ad illuminanda bonorum operum membra simpliciter luceat. Iam uero quod duobus dominis seruire admonetur, quod de crastine non non cogitare, quod non iudicare, ne iudicetur, quod in oculo fratris stipulam uidere, in suo trabem non uideret culpatur, et imperatur ei, ne sanctum canibus det, ne margaritas mittere audeat ante porcos, petiturus ut accipiat, quæsiturus ut inueniat, pulsaturus ut aperiatur ei. Multis modis, et rationibus demonstratur, quantum debeat laudabilis propositi curam gerere Christianus, ne in eo tamii uocabuli dignitas uideatur errare. Propterea ut per singula quæ superius ex Euangelio inseruimus, recurrat intentio. Quando te potestas Ducas eijcere gladium de uagina compellit, memento te esse Christianum, cui sine causa fratri suo irasci non licet. Et diutius cogita, ne uindicta quam uideris inferre, iustum transeat modum. Quoniam si irasci nefas est Christiano, multo magis occidere. Sic ergo puni reum Dux Christiane, ut misericorditer feriens, non hominem, sed uitium perdere cupias, et publicam disciplinam, ne peccati reo pereunte, conseruare festines. Vbiique fidei tuae memor, sicut in facinoribus evitandis, ita in flagitijs corrigendis. Solet quippe maxime postestas, habenas laxare peccatis, quoties falsa felicitas, ipsa sit maior infelicitas, ut quia prohibere nemo audet scelera committentem, aut libeat, quod licet, aut licere putetur omne

D quod libet

Matth. 7.

FERRANDI AD REG.

quod libet. Talibus itaque tentationibus pulsantibus
mentem, quamuis suppetat honoris dignitas, clientumq;
numerosa familia, quamuis forte laudetur peccator in
desiderijs animæ sue, & qui iniqua gerit, benedica-
tur, ascendens super speculam continentie, memento
te esse Christianum. Vide, quia uidere ad concupisca-
dum pars est adulterij Christiano. Dicat tibi beatus
Heb. 13. Apostolus. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.
Iob. 31. Dicat Iob. Probatus & non reprobatus, ira enim ma-
gna, & ignis undique ardens est, alterius uxorem con-
2. Cor. 6. cupiscere. Dicat iterum sanctissimus Paulus. Nescitis
quia corpora uestra membra C H R I S T I sunt
Tollens ergo membra C H R I S T I, faciam mē
bra meretricis? His enim uocibus admonitus, redire
poteris à præcipitio uoluptatis facile. Iam quoties per
omnipotentem D E V M iuras, cogente ad hoc for-
sit an Republicæ magna necessitate, memor eris, saltans
cavere periurium, si minime potueris effugere iura
mentum. Memento itaque, memento te esse Christia-
num, militia Ducis laudabiliter gerens, ut frequentibus
beneficijs, multos facias tibi amicos, cui diligere præ-
cipitur inimicos. Plus esto bonus, quam seuerus, quia
hęc est Ducis optimi sola perfecta laus, obliuisci semper
iniurias. Ut uere per hanc septimæ uirtutis industria, dñe
semper tibi ipsi dixcris: Memento te esse Christianū, mere-
aris et in hoc sēcnlo, et in futuro uiuere feliciter, ubi dabi-
tur Ducibus Christianis perpetuus principatus. Finis.

17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

ΕΡΙΤΗΕΤΑ ΒΟΝΙ ΕΤ ΜΑΛΙ
Principis aduersaria, quæ Iulius Pollux
Græcus auctor prescri-
psit suo Commodo
Cæsari.

ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

Περὶ βασιλέως ἐπάνωρ λέγε, πατήρ, ἥπιος,
πρᾶος ἡμερος, προοντικός ἐπιφυΐς, φιλάνθρωπος, μεγαλόφρωμ, ἐλεύθερος χρημάτωρ
κρείπωμ, ἔξω παθῶμ, ἐαυτόκρατῶμ, ἀρχωμάτος
νῶν, λογισμῶν χρώμενος, ὁξύς, ἀγχίσους, περιεπικεμένος, ἐνθουλος, δίκαιος, σώφρωμ, θεῶμ ἐπιμελητήρ, ἀνθρώπωμικόμενων, σασιμός, βέβαιος,
ἀνεξαπάτητος, μεγαλογνώμωμ, ἰχυρογνώμωμ,
ἐνεργός, τελεσιουργός, φροντισκότῶμ ἀρχομένων
σωτήρ, πρόχριθε Θεοίς ἐνεργεσίαμ, βραδύτερος τίμωρ
φίαμ, δισφαλής, ἀπλανής, ἀκριβέσερ Θεοίς πρόδε τὸ δίκαιον γῆς, ἐνπρόσοδοις, ἐνπροσήγοροις, ἐνέντεικτος,
μάλιχιος, προσκυνής, ἐπιμελητής τοῦ πηκόωμ, φιλοσερατιώτης, πολεμικός μερόυ φιλοπόλεμος δέ, εἰς
γκνικός, εἰρηνοποιός, εἰρηνοφύλαξ, παιδευτικός, ἀρχηγός ή διαχικός νομοθετικός, ἐνποιεῖν πεφυκώς,
θεοδικός, πολλάδες εἰσιμάλογος τὰς ἄμειπερ ἔχοι
οὐκ ὀνόματι.

BONI REGIS DENOMINATIVA.

Regis decora seu laudes sic habe. Pater, placidus, mā-
suetus, mitis, prouidus, æquus, humanus, magnani-
mus, liber, pecuniae contemptor, maior affectibus,
sibi ipsi imperans, resistens uoluptatibus, ratione utens,
exacti iudicij, sagax, circumspectus, ualēs consilio, iustus,
modestus, deorum ministerium agens, hominum negotijs
sollicitus, immobilis, constans, infallibilis, magnorum con-
templator, autoritate prædiuus, strenuus, efficax ad agē-
dum, curam agens subditorum, seruator, beneficus, lenius
ad uindictam, securus, stabilis, inflexibilis, propensus ad
iustitiam, facilis accessu, pronus ad salutandum, affabi-
lis, tranquillus, lenis, qui subditus bene præsit, amans mili-
tum suorum, strenuus bellator quidem, sed belli minime
cupidus, pacificus, pacis defensor, pacis amans, popu-
lum orum emēdator, qui uere Dux adpareat & Princeps,
condendi leges idoneus, natus ad benemerendum, diuina
specie. Multa autem sunt que oratione tantum dici pos-
sunt, singulis uocabulis exprimi non possint.

ΠΕΡΙ ΤΥΡΑΝΝΟΥ.

Υπαγων διδινερεσ, τυραννικος, ωμος, θηριωδικος.
Βιαιος, πλεονεκτικος, φιλοχειματος, ηγ
το το πλατωνος, ερασιχρηματος, αρπαξ,
ηγ το οικηρα, μημοθορος, ιπεροπηκε, ιπεριφε
νος, μισηροσιτος, μισηροσοδος, μισηροσηγο
ς, μισηντευκτος, μισηρηγκτος, μησθυμος, ξει
πληκτος, ταραχωδικος, ηδονωμηπων, ακρατικος, α
κρατωρ, αλογισος, μισανθρωπος, αδικος, αβυλος,
καισος, ανοσιος, νοι κενος, ευκολος, ευμεταθολος,
ευεξαπατηκος, ε αδικος, εινημερος, επιθυμιας, ενδο
θους, ακόλασος, ινθριενη, πολεμοποιος, βαρυς, επε
χθος, απαθεκτος, αφορηκτος.

Iulij Polluciis de boni & mali principis Epi
theticis, siue denominatiuis, ad Com
modū Cesarem finis.

TYRANNI DENOMINATIVA.

Tyranni autem uituperium exprime : Tyrannicus,
cruelis, ferinus, violentus, possessor alieni, amator
pecuniarum, & quemadmodum est apud Platonem,
pecuniarum avidus, rapax, & secundum Homerum
uerbum, populirerum deuorator, superbus, elatus, durus
accessu, difficilis aditu, qui parum salutet, inaffabilis, iracundus,
tristis, stupidus, austerus, minor uoluptatibus,
incontinens, immoderatus, ratione abutens,
inhumanus, iniustus, tenuis consilio, iniquus,
impius, mente inops, leuis, inconstans,
facile deceptibilis, præceps, immitus,
cupiditatibus infectus, incorrigibilis,
inuictus, bellorum auhor, grauis, molesta,
stus, effrenis, intollerabilis.

A 4

ARGENTORATI APVD IOHANNEM HERVAGIVM MEN-
SE AVGVSTO ANNO
M. D. XXVI.

OCN 68247951